



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

Cap. I. De triplici statu humanæ vitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

## CAPUT I.

*De triplici statu vite humana.*

*Cant. 2.*

**E**go flos campi, & lilium con-  
vallium.

Hæc est vox Christi, ad sanctam Ecclesiam in generali, & ad quamlibet animam devotam in speciali. Christus enim est speciosus Sponsus sanctæ Ecclesiæ, & caput omnium fidelium: flos omnium virtutum, & lilium convallium: amator humilitatis & castitatis.

Quid faciendum  
ut Christo  
placeas.

Qui ergo vult Christo servire & cœlesti Sponso placere, studeat vitia sua vincere, lilia virtutum colligere, otium vitare, libenter studere, libros scribere, manibus operari quod utile est; frequenter orare, & Deo intime vacare, tumultus fugere, secretum diligere; & de alienis rebus & sibi nocivis tacere.

Habitus  
exterior  
sine interio-  
riore,  
parum  
prodest.

2. Habitus namque exterior parum valet, sine interiore virtute coram Deo. Vas est foris ornatum, sed intus vacuum, Sicut

ex

ex bono vase vini bonus odor procedit, sic ex bono corde religiosi bona verba & sancta opera procedunt, & laudem Dei & utilitatem proximi.

Attende ergo Frater, & quivis Christiane, statum tuum, in quo stas, & coram hominibus ambulas, ut deo digne placere studeas, & alios factis & moribus sanctis ædifices. Totum enim in te redundabit, quicquid boni feceris, & quicquid mali coram Deo commiseris.

Quando ergo comedis & bibis, dormis & quiescis, & quocumque volueris pro libitu tuo transis; tunc facis opera carnis, & assimilaris bestiis terrenis, quæ discunt, comedunt & bibunt, & replent ventrem suum, donec saturentur. Et si quis eis resistit, illum stimulant cornibus & ungulis, terrent vultibus, & mordent dentibus, & clamant vocibus horrendis.

Tales sunt carnales homines, gulosi, avari, superbi, iracundi & litigiosi; spiritum Dei non habentes, sed passiones suas sequentes.

Adionis  
bus natu-  
ræ homo  
assimila-  
tur be-  
stis;

Operibus  
spiritus  
Angelis;

3. Sed quando vigilas & oras, legis & cantas psalmos & hymnos, de Deo & Sanctis ejus; vel quando jejunas & abstines à vitis, & proximo servis; aut pro peccatis tuis doles, gemis & ploras, confiteris & veniam petis; tunc facis opera Spiritus sancti, & secundum spiritum ambulas, & religiosæ vitæ ordinem servas.

Tunc etiam sanctis Angelis affimularis in cœlis, qui semper Deum laudant, & cantant, & benedicunt, & nunquam faciem suam ab eo avertunt.

Sed peccatis cõparatur dæmonibus.

Quando verò superbis, irasceris, detrahis, murmuras, fallis, mentiris, alios perturbas, & de malis eorum gaudes, & de bonis tristar; aut quando proximum despicias, & commodum tuum in omnibus quæris; tunc diabolum sequeris, & dæmonibus affimularis per malitiam & vitia, quæ committis.

Nam ipsi passiones suas & nequitias sequuntur, quantum possunt & audent facere, & in malis delectantur, quia boni non sunt, & alios seducere & pervertere nituntur.

Vita

Vita ergo justorum Angelis  
similis, vita carnalium bestis æ-  
qualis, vita superborum dæmo-  
nibus comparatur. Cave ferve  
Dei, ne laqueis eorum involva-  
ris, & in iudicio ab eis accuseris  
& confundaris.

CAP. II. De laude Dei in pau-  
pertate devotionis.

**P**auper & inops laudabunt Psal. 47.  
nomen tuum Domine.

Quando sentis te aridum, fri-  
gidum, & tristem in orando, &  
meditando bona de Deo, non  
debes propterea desperare, nec  
desistere Jesum humiliter invo-  
care: sed in paupertate spiritus  
tui Deum lauda & gratias age, &  
istum versiculum pro consolatio-  
ne libenter lege: *Pauper & in-  
ops laudabunt nomen tuum  
Domine.*

Quid fa-  
ciendum  
in aridi-  
tate men-  
tis.

Multi enim sancti & devoti  
fuerunt etiam quandoque aridi,  
& per longum tempus à Deo de-  
relictī: ut discerent patientiam &  
aliis compati, per doloris & in-  
opiæ experientiam, & non præ-